



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1736**

**VD18 90103165**

§. XXVIII. Nochmahliges Project der Evangelischen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](#)

**1647.** Mart. April. consensu declaratum & statutum est, ut, qui vocantur Reformati, Electores, Principes & Status una cum dictionibus & subditis suis, remotis disputationibus, pari jure cum ceteris Auguftanae Confessioni addictis, Pacis Religionis & Publica, nec non hujus Conventionis sint participes, ipsisque contra quoscunque turbantes Processus decernantur; salva tamen maneant de cetero inter Protestantes Paetæ, Privilegia & Reversales, quibus de Religione ejusque exercitio subditis à Domino cuiusvis loci passim prospectum est, aut ubi subditi longo usu id acquisiverunt; servata semper in terris, quas unusquisque Protestantium possidet, mutua & benevolia tolerantia, & manente ibidem, ubi introductum est, publico Religionis exercitio.

**1647.** Mart. April.

Quod si vero posthac Princeps vel Dominus Territorii inter Protestantes ad alterutram sententiam inter illos publice receperat transierit, aut per successionem, alioquin titulo vel ratione, Principatum vel Ditiones aut Terram noviter fuerit naectus, in qua alterutra sententia publico viguit exercitio, Principi quidem vel Domino sua Professionis Concionatores, citra subditorum onus & prajudicium, alere, & pro se siveque Professioni accedentibus habere licet; sed fas ipsi non sit, invitis subditis, Publicum Religionis Exercitium Legesque & Constitutiones Ecclesiasticas haec tenus receivedas immutare, nec Templa, Scholas, Hospitalia aut eo pertinentes redditus & pensiones, subditis adimere, aut Juris Territorialis, Episcopalis, Patronatus vel alio praetextu obtrudere ipsis Ministros alterius Professionis, vel quicquam impedimenti & prajudicii quoad alteram Professionem facere vel attentare.

Verum Principatu vel Ditione in potestatem, ut dictum est, alterius Professionis deveniente, vel Principe ad alteram sententiam accedente, ipsis Communitatibus competat Jus Præsentandi & Vocandi verbi Divini & Scholarum Ministros, loco, quem ipsæ Communities elegerint, examinandos & ordinandos, atque à Principe vel Domino confirmandos irrefragabiliter: Visitationes, non nisi a consortibus illius Religionis, quæ in locis visitandis tempore evenientis casus viguit, expediantur. Consistoriis alteri Professioni addicti ne assideant, Professoresque in Academiis, non nisi ejusdem sententiæ, quæ ante mutationem Domini recepta fuit, doceant aut alantur. Tandem status tam Religionis quam Ministerii, seu in Templis, Scholis, Consistoriis seu aliis quibuscumque casibus, idem plane & immutabiliter usque ad pleniorum in Religione concordiam maneat, qui tempore evenientis casus existit, atque per hanc Conventionem publicam definitus fuit & communiter placuit. Atque contra hanc Conventionem publicam docendo, disputando, legendo & scribendo nemini quicquam movere licet.

Præsent. 19. Martii 1647.

### §. XXVIII.

Nachmahliges Project  
der Evangelischen.

Dieses gab Anlaß, daß die sämtliche Augsburgische Confessions-Bewandten am 9. April. sich eines neuen Aufsatzes, wie ab N. I. ersichtlich ist, verglichen, welcher den 14. darauf, in einigen Passi-

bus, geändert, und darauf den Schwedischen per Deputatos eingehändiger wurde, mit dem Begehrren, daß selbiger Articul solcher massen in das Instrumentum Pacis gebracht werden möchte.

### N. I.

Diffat. Osnabr. d. 9. Aprilis & revis.  
d. 14. ej. Anno 1647.

*Articulus de Reformatis à Lutheranis compositus.*

Unanimi quoque Cæsareae Majestatis omniumque Imperii Ordinum  
con-

313

con-

1647.  
April.

consensu statutum est, ut, qui vocantur Reformati, Electores, Principes & Status una cum ditionibus & subditis suis, securitatis  
 a) è Pace Religiosa. b) aliisque hac de re dispositionibus, tam per ultimas voluntates, quam inter vivos factis.  
 c) & inde dependentibus.

a) *Pacis Religiosa & Publica*, nec non hujus Conventionis sunt participes, ipsisque contra turbantes Processus decernantur; Salvis tamen de cetero Constitutionibus Publicis, Pactis, Privilegiis, Reversalibus, b) quibus de Religione ejusque exercitio c) subditis eorum à Domino cuiusvis loci passim prospectum est, aut ubi & quatenus subditi longo usu, aut alio quocunque modo id acquisiverunt.

1647.  
April.

Quod si vero posthac Princeps vel Dominus Territorii ab Augustana Confessione ad Reformatam vel ab hac ad illam transierit, aut per successiōnem aliove quovis titulo vel ratione, Principatum, vel ditiones aut terram nanciscatur, in qua Augustana Confessio aut Reformata publico exercitio nunc viget, Principi quidem vel Domino sua Confessionis Aulicum Concionatorem, citra subditorum onus & praejudicium, alere & in Curia residentiae secum habere liceat; sed fas ipsi non sit, publicum Religionis Exercitium Legesque ac Constitutiones Ecclesiasticas haec tenus receperas immutare, nec Templia, Scholas, Hospitalia aut eo pertinentes redditus, Pensiones & Stipendia subditis adimere, aut Iuris Territorialis, Episcopalis, Patronatus, vel alio prætexu obrudere ipsis Ministros alienæ Religionis, vel quicquam impedimenti & præjudicii quoad alteram Religionem facere vel attentare. Verum Principatu vel ditione in potestate, ut dictum est, alterius Religionis deveniente, vel Principe, aut etiam Ecclesie hujus vel d) accedente illius Patrono ad alteram Confessionum nominatarum d) converso, ipsis Communitatibus competit Jus Præsentandi & Vocationi verbi divini & scholarum Ministros, loco, quem ipsa Communitates, casu eveniente, elegerint, examinandos & ordinandos, atque a Principe vel Domino confirmandos irrefragabiliter. Visitations non nisi a consortibus illius Religionis, qua in locis visitandis jam publice viget, expediantur; Consistoriis alienæ Religioni addicti ne assideant. Professoresque in Academias non nisi ejusdem Religionis, qua ante mutationem Domini recepta fuit, doceant aut alantur. Tandem status tam Religionis quam Ministerii, seu in Templis, Scholis, Consistoriis, seu aliis quibuscumque casibus, tam ante quam post mutationem supradictam evenientibus, idem plane & immutabiliter maneat, qui vel Ordinationibus & Legibus publicis vel alio quocunque e) modo jam obtinet.

Denique si controversia inter ipsos Status oborte sint, aut oboriantur in futurum, ex decendantur secundum Conventionem in puncto Gravarium, obtinente interim Possessorio præsentis anni, Petitorio tamen manente salvo.

Quia vero Celfissimus Princeps Johannes Anhaltinus ante annos aliquot Principatus sui regimen ipse apprehendit, liber eidem sit usus Iuris Territorii, nec in publico Augustana Confessionis exercitio introducendo ullo modo impediatur; Si præter hunc Comites, vel alii quibus Jus Reformati competit, terras legitime acquisiverunt, & jam dum possident, sed in Religionis Exercitio nihil, cum tamen jure potuerint, mutarunt, ipsis potestas mutandi per hanc Conventionem ademta non sit.

§. XXIX.